

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37**

**[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]**

Beatus Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6715)

ritate laudas set. Si hoc  
culpa non esset. nequaquam  
petrus apostolus peremptam  
feminas a pretiosarum uesti  
um appetitu. compesce  
ret dicens. non in ueste pre  
tiosa. Pensate ergo quae  
culpa sit hoc etiam uiros  
appetere. a quo curauit  
pastor ecclesiae & feminas  
prohibere. Quamuis hoc  
quod iohannes non esse  
uestitus mollibus dicitur  
per significationem intel  
legi et aliter potest. Mol  
libus enim uestitus non fu  
it. quia uitam peccantiu  
non blandimentis fouit.  
sed uigore asperae inuetti  
onis increpauit dicens.  
Quemina uiperarum quis  
uobis demonstrauit fugere  
a uentura ira. Unde et  
per salomonem dicitur.  
Uerba sapientium quasi  
stimuli. et sicut clau in  
altum defixi. Clauis quip

pe atq. stimulis sapien  
tium uerba comparan  
tur. quia culpas delin  
quentium nesciunt pal  
pare sed pungere.

**DOMINANTE NATON**

**I**LEC SEI EN SIC IOHANN  
in illo tempore. Misertunt  
iudaei ab hierosolymis  
sacerdotes et ciuitas ad  
iohannem. ut interroga  
rent eum tu quies. et t.



**OMET BEA  
GREC PP.  
DE EAO T.**

xhuiusno  
bis lectio  
nis uerbis  
fratres emi  
iohannis humilitas com  
mendatur. Qui cum tan  
tae iustitiae esset ut xpc  
credi potuisset. elegit so  
lide subsistere in se. ne hu  
mana opinione rapere  
tur inaniter super se.  
Nam confessus est & non

negavit. confessus est.  
 quia non sum ego xpc.  
 Sed quid dixit non sum. ne-  
 gavit plane quod non  
 erat. sed non negavit qd  
 erat. Ut ueritatem loquens  
 eius membrum fieret. cu-  
 ius sibi nomen fallaciter  
 non usurparet. Cum er-  
 go non uult appetere no-  
 men xpi. factus est mem-  
 brum xpi. Quia dum in-  
 firmitatem suam studu-  
 it humiliter agnoscere.  
 illius celsitudinem meru-  
 it ueraciter optinere.  
 Sed eum exlectione alia **x.**  
 redemptoris nri senten-  
 tia ad mentem reducitur.  
 ex huius nobis lectionis  
 uerbis. quaestio ualde in-  
 flexa generatur. Alio  
 quippe in loco. inquisi-  
 tus ad discipulis dñs de ad-  
 uentu heliae respondit.  
 helias iam uenit. & non  
 cognouerunt eum. sed se

cerunt in eo quaecumque  
 uoluerunt. Et si uultis sei-  
 re. iohannes ipse est helias.  
 Requisitus autem iohannes  
 dicit. non sum helias. Quid  
 est hoc fratres emi. quia  
 quod ueritas adfirmat.  
 hoc propheta ueritatis  
 negat. Ualde namq. in-  
 ter se diuersa sunt. ipse  
 est & non sum. Quomo-  
 do ergo propheta uerita-  
 tis est. si eiusdem ueritatis  
 sermonibus concors non est.  
 Sed si subtiliter ueritas ip-  
 sa requiratur. hoc quod  
 inter se contrarium sonu-  
 it. quomodo contrariū  
 non sit inuentur. Ad za-  
 chariam namque de iohan-  
 nis pmissione angelus  
 dicit. Ipse precedet ante  
 illum in spū & uirtute he-  
 liae. Qui ideo uentu-  
 rus in spū & uirtute heliae  
 dicitur. quia sicut helias  
 secundum dñi aduentum

**.xi.**

praeueniet. ita iohannes  
praeuenit primum. Sicut  
ille praecursor uenturus est  
iudicis. ita iste praecursor  
est redemptoris. Iohannes  
igitur in spiritu helias erat.  
in persona helias non erat.  
Quod ergo dominus fatetur de  
spiritu. hoc iohannes dene  
gat de persona. Quia et  
iustum sic erat. ut et disci  
pulis dominus spiritalem de io  
hanne sententiam dice  
ret. & iohannes istam  
turbis carnalibus. non  
de suo spiritu. sed de cor  
pore responderet. Con  
trarium ergo ueritati  
uidetur esse quod iohan  
nes sonuit. sed tamen  
aueritatis tramite non  
recessit. Qui cum se etiam  
prophetam negauit. quia  
uidelicet. non solum pote  
rat redemptorem prae  
dicare. sed etiam demon  
strare. Quis nam sit.

xii.

continuo exprimit dum  
subiungit. Ego uox cla  
mantis in deserto. Scitis  
fratres carissimi. quia  
unigenitus filius uerbum  
patris uocatur. iohanne  
attestante quattuor. In prin  
cipio erat uerbum. et uer  
bum erat apud deum. & deus  
erat uerbum. Ex ipsa uerba  
locutione cognoscitis. quia  
prius uox sonat. ut uerbum  
postmodum possit audi  
ri. Iohannes uocem se esse  
asserit. quia uerbum prae  
cedit. Aduentum itaque  
dominicum praecurrens  
uox dicitur. quia per eius  
ministerium. patris uer  
bum ab hominibus audi  
tur. Qui etiam in deserto  
clamat. quia derelictae  
ae destitutae iudeae. so  
latium redemptoris ad  
nuntiat. Quid autem cla  
met. insinuat cum sub  
iungit. Dirigite uiam

dñi. sicut dixit isaia p  
 pheta. Uia dñi ad eor di  
 rigitur. cum ueritatis ser  
 mo humiliter auditur.  
 Uia dñi ad eor dirigitur.  
 cum ad preceptum uita  
 praeparatur. Unde scri  
 ptum est. Siquis diligit  
 me. sermonem meum ser  
 uabit. et pater meus diliget  
 eum. & ad eum ueniemus.  
 & mansionem apud eum  
 faciemus. Quisquis ergo  
 in superbiam mentem ele  
 uat. quisquis auaritia  
 aestibus anhelat. quisquis  
 se luxuria inquinacionib;  
 polluit. cordis ostium con  
 tra ueritatem claudit. et ne  
 ad se dñs ueniat. claustra ani  
 mi seruitutorum damnat.  
 Sed adhuc qui missi sunt  
 percutantur. Quid er  
 go baptizati. si tu non es he  
 lias. neque xpc. neq. pphe  
 ta. Quod quia non studio  
 cognoscendae ueritatis. sed

malitia exercendae aemu  
 lationis dicitur. Euan  
 gelista tacite innotuit.  
 qui subiungit dicens. Et  
 qui missi fuerant. erant ex  
 pharisaeis. Ac si a peste di  
 cat. Illi iohannem de suis  
 actibus requirunt. quido  
 ceterinam nesciunt quaere  
 re sed inuidere. Sed scis quisq.  
 etiam cum peruersamente  
 requiritur. de bonitatis sue  
 studio non mutatur. Un  
 de iohannes quoque ad uer  
 ba inuidiae. praedicamen  
 ta respondit uitae. Nam  
 protinus adiungit. Ego  
 baptizo in aqua. medijs  
 autem urim stetit quem  
 uos nescitis. Iohannes non  
 spu. sed aqua baptizat. quia  
 peccata soluere non ualens.  
 Baptizatorum corpora per  
 aquam lauat. sed mente  
 perueniam non lauat. Cur  
 ergo baptizat. qui peccata  
 per baptismum non relaxat.

nisi qui praecursionis suae  
ordinem seruans. quia  
seu uirum nascendo prae-  
uenerat. Baptizaturum  
quoque dñm. baptizan-  
do praeueniret. Et qui  
praedicando factus est  
praecursor xpi. baptizan-  
do etiam praecursor eius  
fieret imitatione sacra-  
menti. Qui inter haec my-  
sterium nri redemptoris  
adnuntians. hunc in me-  
dio hominum. et stetit  
asserit & nesciri. Quia per  
carnem dñs apparens. &  
uisibilis extitit corpore.  
& inuisibilis in maiesta-  
te. De quo etiam subdit.  
Qui post me uenit. ante  
me factus est. Sic namq.  
dicitur. ante me factus.  
e sidiatur. ante  
me positus. Post me er-  
go uenit. quia postmo-  
dum natus. ante me factus  
est. quia mihi praelatus.

Sed haec paulo superius  
dicens. etiam praelatio-  
nis eius causas aperuit  
cum subiunxit. quia pri-  
or me erat. Ac si aperte  
dicat. Inde me etiam post-  
natus superat. quo eum  
natiuitatis suae tempo-  
ra non angustant. Nam  
qui per matrem in tem-  
pore nascitur. sine ma-  
tre ex patre generatur.  
Cui quantae reuerentiae  
humilitatem debeat. sub-  
dendo manifestat. Cuius  
non sum dignus soluere  
corrigiam calciamenti.  
Mos apud ueteres fuit. ut  
siquis eam quae sibi com-  
peteret accipere uxorem  
nollet. illi calciamentum  
solueret. qui ad hanc spon-  
sus uire p pinguittatis ueniret.  
**DOMINICA POST  
NATALE ONI**  
**SEQ SCI EV SEC LUCAM.**